

---

## Les adelphes.

**Numéro d'inventaire** : 2010.06725

**Auteur(s)** : Terence

Eugène Benoist

J. Psichari

**Type de document** : livre scolaire

**Éditeur** : Hachette et Cie Librairie (79, boulevard Saint-Germain Paris)

**Imprimeur** : Lahure (A.) Typ.

**Collection** : Classiques latins

**Description** : Livre relié. Couv. vert clair ill. Dos toilé vert.

**Mesures** : hauteur : 157 mm ; largeur : 103 mm

**Notes** : Texte latin publié avec une introduction, des notes en français, les fragments des adelphes de Ménandre, les imitations de Molière, etc.

**Mots-clés** : Latin

Langues mortes, littératures anciennes

**Filière** : Post-élémentaire

**Niveau** : Post-élémentaire

**Autres descriptions** : Langue : Multilingue

Nombre de pages : 96

Sommaire : Introduction

34

ADELPHOE.

Sed estne hic ipse, de quo agebam? Et certe is est.  
Nescioquid tristem video : credo jam, ut solet,  
Jurgabit. — Salvom te advenire, Demea, 80  
Gaudemus.

ACTUS I. SCENA II.

DEMEA. MICIO.

*D.* Ehem opportune! Te ipsum quærito.  
*M.* Quid tristis es? *D.* Rogas me? Ubi nobis Æschinust?  
Scin jam quid tristis ego sim? Dixin hoc fore?  
*M.* Quid fecit? *D.* Quid ille fecerit, quem neque pudet 85  
Quicquam, nec metuit quemquam, neque legem putat  
Tenere se ullam? Nam illa quæ antehac facta sunt  
Omitto; modo quid designavit? *M.* Quid nam id est?  
*D.* Fores effregit atque in ædes inruit  
Alienas, ipsum dominum atque omnem familiam  
Mulcavit usque ad mortem, eripuit mulierem 90  
Quam amabat. Clamant omnes indignissime  
Factum esse. Hoc adveniendi quot mihi, Micio,  
Dixere! in ore est omni populo. Denique,  
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt

la même personne, le sujet de l'infinif est souvent, comme en grec, omis chez Térence.

78. *Ipsus*. Cf. v. 468.

79. *Nescioquid*, forme locution en un seul mot.

85. *Scin jam quid tristis ego sim?* Sais-tu maintenant d'où me vient cet air morose, chagrin? Déméa vient d'apprendre l'escapade d'Eschine.

87. *Designavit*. *Designare*, faire quelque chose de signalé

en mauvaise part, se signaler par quelque mauvaise action.

*Quid nam id est?* Qu'est-ce donc que cela en réalité? *Nam* donne plus de force à l'interrogation.

89. *Familiam*, les esclaves.

90. *Mulcavit*, il a battu, maltraité. Le *dominus* est un *leno* et la *mulier* une courtisane. Dans les idées antiques, le crime est donc moins grand; mais Déméa exagère à plaisir.

92. *Hoc*, accusatif neutre.



ACTUS I. SCENA II.

35

Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium? 95

Nullum hujus simile factum. Hæc quom illi, Micio,  
Dico, tibi dico : tu illum corrumpi sinis.

*M.* Homine imperito numquam quicquam injustius,  
Qui, nisi quod ipse fecit, nil rectum putat. ✕✕

*D.* Quorsum istuc? *M.* Quia tu, Demea, hæc male ju-  
dicas. 100

✕ Non est flagitium, mihi crede, adulescentulum

Amare neque potare, non est, neque fores  
Effringere. Hæc si neque ego neque tu fecimus,

Non siit egestas facere nos. Tu nunc tibi

Id laudi ducis quod tum fecisti inopia. 105

Injurius est; nam si esset unde id fieret,

Faceremus. Et tu illum tuom, si esses homo,

Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,

Potius quam, ubi expectatum ejecisset foras,

Alieniore ætate post faceret tamen. 110

*D.* Pro Juppiter! tu, homo, adigis me ad insaniam.

Non est flagitium facere hæc adulescentulum? *M.* Ah!

Ausculta ne me obtundas de hac re sæpius.

Tuom filium dedisti adoptandum mihi.

✕ Is meus est factus. Siquid peccat, Demea, 115

Mihi peccat; ego illi maxumam partem fero.

Obsonat? Potat? Olet unguenta? De meo.

Amat? Dabitur a me argentum, dum erit commodum.

Ubi non erit, fortasse excludetur foras.

96. *Nullum... factum.* Nominatif absolu, fréquent chez Térence.

96-97. *Illi... dico, tibi dico.* Datif d'avantage: Quand je parle ainsi pour lui, c'est pour toi que je parle.

104. *Siit, pour sivit.*

107. *Faceremus,* nous l'aurions fait, si nous avions pu le faire. L'imparfait équivaut au plus-que-parfait français. Cf. Madwig, § 551, b, R. 4; Gantrelle, § 157, 1, 4.

109. *Expectatum,* dont il aura attendu la mort. *Ejecisset* marque l'impatience du jeune homme. *Ex-tulisset* aurait été le terme propre.

110. *Alieniore,* dans un âge plus étranger à ces folies.

116. *Mihi,* à mes dépens. — *Illi,* adv. qui équivaut à *in ea re,* cf. v. 517.

119. *Ubi non erit,* sous-ent. *commodum.* *Excludetur,* sous-ent *a muliere.*



Fores effregit! Restituentur. Discidit 120  
 Vestem? Resarcietur. Est dis gratia,  
 Est unde hæc fiant, et adhuc non molesta sunt.  
 Postremo aut desine aut cedo quemvis arbitrum :  
 Te plura in hac re peccare ostendam. D. Ei mihi!  
 † Pater esse disce ab illis qui vere sciunt. 123  
 M. Natura tu illi pater es, consiliis ego.  
 D. Tun consulis quicquam? M. Ah! si pergis, abiero.  
 D. Sicine agis? M. An ego totiens de eadem re audiam  
 D. Curæ est mihi. M. Et mihi curæ est. Verum, Demea,  
 Curemus æquam uterque partem : tu alterum, 130  
 Ego item alterum. Nam ambos curare, propemodum  
 Reposcere illum est quem dedisti. D. Ah, Micio!  
 M. Mihi sic videtur. D. Quid istic? Si tibi istuc placet  
 Profundat, perdat, pereat! Nihil ad me attinet.  
 Jam si verbum unum posthac.... M. Rursum, Demea, 135  
 Irascere? D. An non credis? Repeton quem dedi?  
 Ægre est : alienus non sum. Si obsto, em desino  
 Unum vis curem? Curo. Et est dis gratia,  
 Quom ita, ut volo, est. Iste tuos ipse sentiet  
 Posterius. Nolo in illum gravius dicere. † // 140

120. *Discidit*. Déméa n'a pas parlé de cet incident. Cf. Introduction, p. 15.

123. *Cedo*, impératif archaïque dont le pluriel est *cette*. Il s'emploie dans le sens de *da*. (Cf. Corssen, II, p. 584).

*Arbitrum*, amène tel arbitre qu'il te plaira, pour décider de la question de droit.

125. *Sciunt*, s.-ent. *patres esse*.

127. *Abiero*, dans le sens de *abibo*. Le futur antérieur, marquant l'action comme déjà accomplie, a plus de vivacité dans

le dialogue. Voyez *faxo* au v. 209.

129. *Est*, s.-ent. *Æschinus*.

133. *Quid istic? istic*, adverbe. Qu'y a-t-il donc là? Qu'est-ce à dire? c.-à-d. Je veux bien.

136. *An non credis?* Ne crois-tu pas qu'il y ait de quoi me fâcher?

137. *Em*, part. démonstr. Voici. C'est l'ancien acc. de *is*. *Em* a la même valeur que *en*.

139. *Quom ita, ut volo, est*, s.-ent. *Ctesipho*, puisqu'il est tel que je le désire.

*Sentiet*. Cf. v 846.

